anxietate de morte Cum de xpo ſcriptum ſit act xiiii Per
mortem ~~[illegible]~~ repit pane et tedet hominum anxieta
te ſuſtinuit beatus bartholomeus Job xxi Iſte moritur
robuſtus diues et felix Alius vero moritur in amaritudine
anime ſue abſque ullis opibus Preterea ſiquidem moritur ro
buſtus quia carnem ſuam per vigilias et abſtinentiam do
mauit et diues quia thezauros multos congrega
uit felix quo ad ſe[illegible] quia in infirmitate multas conſo
lationes habuit [illegible] ſanctus bartholomeus mortuus eſt in a
maritudine anime ſue propter paſſionis acerbitatem Abſque
ullis opibus propter extremam paupertatem Et quia hec ſuſ
tinuit pro xpo mortis anxietatem Ideo aſſecu
tus eſt vite eterne ſecuritatem Unde de eo poteſt exponi
quod dicitur in pſalmo Preueniſti eum in benedictionibus dulcedinis
poſuiſti in capite eius coronam de lapide precioſo
Vitam peciit a te tribuiſti ei . longitudinem dierum in ſeculum et in ſeculum ſeculi Con
ſidera quod iuſtus iudex ſit deus illis qui temporalem mortem
pro ſuo amore voluntarie ſuſtinent et per ſpiritum ſuam car
nem mortificant dat eternam vitam Illis vero qui temporalem
vitam plus diligunt quam eternam et hic ſecundum carnem viuunt
dat mortem eternam Ro viii Si ſecundum carnem vixeritis
moriemini Si autem ſpiritu facta carnis mortificaueritis
viuetis vitam ſcilicet eternam Ad quam nos perducat qui ſine
fine viuit et regnat Amen **De ſancto auguſtino**

Exultate et letamini in domino deo veſtro qui dedit vobis
doctorem iuſticie Johel ii Verba iſta ſunt ſump
ta ad commendationem ſancti auguſtini doctoris egregii Et
commendatur hic a duobus Primo a doctrine utilitate quia
eius doctrina fuit utilis [illegible] Secundo a doctrine veritate quia
eius doctrina non erat permixta mendacio perfidie Primum
tangitur ibi Exultate et letamini in domino deo veſtro Secundum
ibi qui dedit nobis doctorem iuſticie Nota quod quatuor debet eſſe
in doctore que fuerunt in beato auguſtino Primum eſt ſcientie perſpicacitas

Doctor quatuor debet in ſe habere

ut vere doceat 2m est cordis humilitas ut doctrinam
suam omnibus proponere studeat 3m est fervens caritas ut ze-
lum animarum habeat 4m est vite sanctitas ut bonum exemplum aliis
prebeat 5m in doctore debet esse perspicuitas sciencie ut
vere doceat Ieremie iii Dabo vobis pastorem iuxta cor meum
et pascent vos doctrina et sciencia Illi doctores deo placent
qui scienciam docendi habent qui sciunt inter verum et falsum discernere qui
veritatem amant et errores declinant Qui enim debet alios
expedire ipse veritatem debet scire et hoc pertinet ad sa-
cerdotes et doctores Malachie ii labia sacerdotis custo-
diunt scienciam et legem requirunt ex ore eius Istud prefigura-
tum Exodi xxviii ubi dominus precepit moysi quod poneret
in racionali iudicii doctrinam et veritatem que erunt in pec-
tore Aaron Racionale quod portabatur ante pec-
racionale factum est ex quinque — tus est doctrina doctoris ante Racionale quod racionale factu-
erat ex quinque scilicet ex auro iacincto purpura cocco
bis tincto et bysso retorta et duodecim lapides pre-
ciosi erant in eo Per hoc figuratur quod verus doctor debet habere
aurum sapiencie Iacinctum celestis desiderii quod per iacinc-
tum figuratur quia iacinctus habet aereum colorem purpura pannus
quia purpura varii coloris est Coccum bis tinctum quod rubei
coloris est pertinet ad memoriam passionis domini Christi Doc-
tor debet in memoria habere ut ipse in se devocionem
habeat et alios ad devociones excitet et byssum re-
tortam id est mundiciam cordis et corporis bissus retorta
est quia genus lini candidissimum Duodecim lapides
preciosi sunt duodecim articulos fidei quos debet doctor
scire Istud racionale portavit beatus augustinus spiritualiter
in pectore quia scienciam docendi alios habuit Unde ipse
potuit dicere illud Ecclesiastes i Dedi cor meum ut sci-
rem prudenciam atque doctrinam et ideo potest exponi illud Ecclesiastici
xv In medio ecclesie aperuit os eius et implevit eum
dominus spiritu sapiencie et intellectus Unde Iob Comedantes

ſcm augustinum ait Certe quod potuit quantus ſo
lum ingenio de ſcripturis hauriri a te poſitum
diffuſum ȝ Qualis int doctores ſtellis augustinus c Aly
namque doctores ſtellis cōparantur Dan xii. Qui ad iuſti
ciam erudiunt multos quasi ſtelle in perpetuas eternitates
Sed beatus augustinus apostolo excellencia doctrine cōparatur
ſoli Eccl l. Quasi ſol refulgens ſic ille refulsit in templo
dei hoc itaque fecit apostolus ſtraz doctrine que alios irra
diauit Sed nec illi doctoribus qui alios docent et ſua ta
cent et eos multos errare faciunt et ſeipſos dampnat
Mt xv Si cecus ceco ducatum prebeat ambo in foueam ca
dunt ¶ Secundo in doctore debet eſſe cordis humilitas ut
doctrinam ſuam cōponere ſtudeat Quidam nobilibus et
diuitibus libenter predicant et ibi ubi multi audientes ſunt
Si ſint pauci audientes et pauperes et ruſtici tunc pre
dicare nolunt Isti plus predicant apud homines quam apud
deum plus querunt vanam gloriam quam dei honorem Talis non fuit
beatus augustinus immo apostolus humilitate qua ſunt omnibus
predicare ſtuduit Unde ipse potuit dicere illud Deut
32 Concreſcat in pluuiam doctrina mea ut ros
fluat eloquium meum Sicut enim pluuia quibusdam hor
tis ſit doctrina beati augustini quibus pauperibus et
diuitibus ruſticis videlicet cōmunis clericis et laycis
fuit Exemplum huius accepit a Christo qui docuit omnes homines
docere cōparatus Io i Erat lux vera que illuminat
omnem hominem venientem in hunc mundum ¶ Non humilitas
beati augustini apparet in iiiior primo in hoc quod doct
rinam ſuam omnibus expoſuit Unde ipse potuit dicere illud
ps liiii Omnes ſitientes venite ad aquas doctrine
Istud preparat dominus apostolus Mt ultimo Euntes do
cete omnes gentes ¶ 2o quia gloriam predicationis ſue
deo attribuit Unde ipse potuit dicere illud cum apostolo

humilitas beati augustini notatur in 4or

i Cor. xi Ego accepi a domino quod et tradidi vobis
Et istud multum est contra illos qui gloriantur de hoc
quod bene predicaverint et quod in predicatione eorum multi
fleverunt Non attendentes quod quicquid boni quod quid de-
vocionis est ibi totum a deo est i Cor. iiii Quid
habes quod non accepisti a deo Si autem accepisti quid
gloriaris quasi non acceperis Istud cognovit beatus
augustinus Unde ipse dicit in libro de doctrina
christiana Nullus christianus sciat ergo quod sum nisi cophi-
nus seminantis in me ipse ponere dignatur quic-
quid spargere Nolite attendere ad vilitatem cophi-
ni sed ad caritatem et pietatem seminatoris Tertio in
hoc quod scripta sua corrigebat sicut patet in libro retracta-
tionum hoc est contra illos qui errantes nolunt corri-
gi sed errorem suum pertinaciter defendunt Talis non
erat beatus augustinus Ipse enim corrigi paratus fuit
Unde ipse poterat dicere illud Job 34 Si erravi
doce me Si iniquitatem locutus sum ultra non ad-
dam Quarto in hoc quod levissimas culpas suas cog-
noscebat sicut quod lusit cum pila dum existens puer
scilicet visitare scolas noluit ire coactus quia delectacionem quaerens in comeda-
do et vestibus sicut patet in libro confessionum Unde ipse
poterat dicere illud Job Delicta iuventutis mee
et ignorantias meas ne memineris domine hoc
scilicet confiteri est multum contra quam gravia peccata confiteri nolunt Tertio
doctores debent esse fervidi caritatis ut zelum animarum habeant
ut videlicet non predicent pro repletione bursarum
sed pro salute animarum non pro lucro proprio sed utilitate
aliorum hanc caritatem habuit beatus augustinus Unde de ipso
potest exponi quod dicitur i Eccl. viii David cor suum ad
scilicet meditetur investigandam legem domini et doceret quod caritas ad hoc
monet ut in lege domini propter hoc studeat ut

alios doceat Nichil enim valet predicator alius
nisi ipse in se caritatem habeat j Cor xiij Si linguis ho
minum loquar et angelorum caritatem non habeam factus
sum velud es sonans aut cymbalum tinniens Sicut
enim cymbalum tinniens delectat et ipsum consumit sic predicator
non habens caritatem et predicans alios in verbo edificat
et se condempnat Sed certe beatus augustinus caritatem
habuit et ideo utiliter docuit Unde de eo per
expositionem id est Eccl xlvij De omni corde suo lau
davit deum et dilexit dominum qui fecit illum Audi
quod ipse dicit in libro confessionum de caritate quam habuit
Sagittaveras cor meum caritate tua et gesta
bam verba tua transfixa in corde meo Audi o
christiane si non potes predicare sicut augustinus
in doctrina predicare eum magis potes in caritate
sequi Si non potes alios de lege dei do
cere studeas saltem toto corde deum diligere et
proximum sicut te ipsum amare et eris discipulus
christi Ipse enim dicit Joh xiij In hoc cognos
cetis omnes quia mei estis discipuli si dilectionem ha
bueritis ad invicem Quarto in doctore debet esse
vite sanctitas ut bonum exemplum aliis prebeat Multi
sunt qui aliis predicant verbo pauci qui predicant exemplo
Sed beatus augustinus verbo et exemplo docuit et ideo perfectus
doctor extitit Mathei v Qui fecerit et docuerit hic
magnus vocabitur in regno celorum Certe beatus au
gustinus fecit id quod verbo et exemplo alios docuit Exemplum
huius habuit a christo de quo legitur Act j Cepit ihesus facere
et docere Certe multum efficacius predicat qui hoc
quod aliis predicando proponit opere perficit Quia

dixit Gregorius Cuius vita despicitur restat ut eius
predicatio contempnatur. hoc sicut beatus augustinus ne
eius predicatio contempneretur opere impleuit quod alios do-
cuit et istud spectat ad alios doctores Vnde apostolus
dicit Actuum xx Attendite uobis et uniuerso gregi in
vos quo spiritus sanctus posuit episcopos regere ecclesiam quam acqui-
siuit precioso sanguine suo. vobis met et gregi
quia prius debet homo sibi prouidere quam alijs Vnde illi qui alios
docet et se negligit reprehendit apostolus Romanos ii Qui
alium doces te ipsum non doces Multum commenda-
bilis est doctrina quam ornat sancta vita quia dum uox
vitam non remordet dulcis est symphonia Iohannes
apostolus hortabatur discipulum suum dicens In omnibus
te ipsum prebe exemplum bonorum operum in doctrina Thym
v. Qui bene presunt dupliciter presbiteri duplici honore
digni habeantur scilicet honore temporis vite et future hunc
duplicem honorem beatus augustinus consecutus est quia in
hoc mundo ab amatoribus honoratur et in celo cum sanctis et-
no honore perfruitur Ipso concedente qui viuit et regnat
sine fine Amen **De decollacione beati iohannis**

Preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis posuis-
ti in capite eius coronam de lapide precioso
ps Ecclesia agitur hodie festum decollacionis sancti
iohannis baptiste cuius caput fecit herodes amputari
et post hoc a christo coronatus est Iohannes ultima premissa con-
pertinent sicut ad commendacionem sancti iohannis qui hic co-
mendatur a duobus scilicet a gracie singularitate et a glorie
sublimitate Primum tangitur ibi Preuenisti eum in
benedictionibus dulcedinis. vnde preuentus fuit in benedictionibus
dei qui in utero sanctificatus prius quam nasceretur gratiam dei
percepit Secundum ibi Posuisti in capite eius coro-